









ait posse dici gratiam iustificantem nos natura sua remore con-

17 Quarto probatur, quia etiam secundum Adversarios non

18 Ceterum neque nos contendimus per hoc argumentum, inter

19 Sed quamvis hæc distinctio de gratia in esse gratie, & in esse

videndi Deum: at habitus gratie est principium tantum divi-

Quinto probatur, quia iustificatio est effectus formalis per

Respondent aliqui negando posse de potentia absoluta esse si-

Verum est tamen hæc quintam rationem non multum ha-

Sexto probatur, ex Concilio Trid. quod Adversarii exage-

Solvuntur Obiectiones.

I N oppositum, Primo arguit Valquez dist. 204. & alium 26

Rep. Concilium loc. cit. docere solum iuxta modum loquen-

Secundo arguit Arriaga: si entitas gratiæ non haberet ex natu-

16. cap. 7. expresse distinguit remissionem peccati ab infusio-

24 Respondet Averia explicari non posse, in quoniam confi-

25 Postremo probatur nostra sententia, quia ut advertunt Hi-



nos in iusticia sanctificare, sed extrinsece, licet huius rei datur intrinsecum signum, quod procedit abest a mente Concilii adeo extolentis gratia excellentiam pro signo enim, ut tali, non requiritur magna perfectio, etiam si res significata sit in se valde perfecta.

38 Respondeo negando sequentiam maioris, quia ut dixi in 7. Deus ex communi lege, seu per suam ordinationem non instituit gratiam, tanquam purum, & simplex iustificationis signum; sed tanquam causam ipsam formalem iustificationis, non quidem formalem physicam; sed moralem; non enim ipsa est tantum signum dignitatis in homine; ut acceptetur in filium Dei adoptivum; sed est ipsamet talis dignitas, ob quam tanquam ob causam formalem Deus acceptat ea decoratum, tanquam amicum, & filium adoptivum: hanc tamen dignitas non ei convenit ex natura rei, & physice, sed tantum moraliter, & ex ordinatione divina: sicut Rex v. g. non habet regiam dignitatem ex natura sua, sed ex suppositione, quod eligatur in Regem, quia de causa illa dignitas in eo non est physica, sed moralis. Ad confirmationem concedo gratiam non esse merum signum sanctitatis, sed esse ipsam formalem sanctitatem, non ex natura rei; sed prout substat ordinationi divinae: unde gratia non debet assimilari coronae, vel diademati Regis capitis impositio, quod est purum signum regiae dignitatis: sed debet assimilari ipsi regie dignitati, quae est causa formalis, cur Rex, ut Dominus, habeat ius in regnum, & ob quam debeat honorari honore debito Regi.

39 Tertio arguit Amicus, & Lezana: Cum dicitur gratiam habitualem per se solam, aut seculo favore, & ordinatione extrinseca Dei, non sufficere ad iustificationem, & remissionem peccatorum: vel sensus est hunc solum favorem extrinsecum esse causam formalem iustificationis; & hoc non, quia id dicitur esse damnatur a Tridentino, etc. Vel sensus est, solum gratiam habitualement esse formam iustificationem, accidentarie tamen cum ipsa extrinseca condonatione divina, tanquam conditione requisita; & neque hoc, quia alia forma non solum naturales, sed etiam supernaturales praestant suos effectus formales, & expellunt contrarium sine aliquo extrinseco, vel extrinseca Dei ordinatione; ergo tanto magis id faciet gratia habitualis, quae est omnium habituum supernaturalium praestantissima. Vel tandem sensus est, utrumque tam, scilicet, gratiam habitualement, quam extrinsecam ordinationem adequatè integrare formalem causam iustificationis, & neque etiam id dici potest, quia tunc non una tantum, ut Concilium, sed duae essent causae nostrae iustificationis, scilicet, gratia habitualis, & favor ille extrinsecus; cum quia vel gratia hoc effectus habet ex se, & tunc superflua extrinseca ordinatio: vel non habet ex se, sed ab illa tanquam concausa elevante gratiam ad hoc effectus formaliter praestandos; & neque hoc dici potest, quia tunc nec per extrinsecam ordinationem Dei poterit formaliter eos praestare, quia talis extrinseca ordinatio non mutat intrinsecè formam, nec illum elevare potest ad praestandum formaliter, quod in sua entitate non habet, quia elevatio non mutat intrinsecè, & entitativè tem elevabilem.

30 Respondeo, illud intelligendum esse in tertio sensu, ut contrae declaratione nostrae sententiae praemissa num. 6. adeo ut tam gratia habitualis, quam extrinseca Dei ordinatio, integrent unam adequatam, & totalem causam formalem nostrae iustificationis; ad primam impugnationem dico, nullam esse absurdum, quod sint duae partiales, & inadaequate nostrae iustificationis causae, unicam verò tantum totalem, & adequatam; ad aliam dico gratiam in ratione qualitatis non habere virtutem proximam praestandi illos effectus ex natura sua, sed ab extrinseca Dei ordinatione, tanquam a causa elevante gratiam ad eos effectus praestandos, ad quos de se habet virtutem tantum remotam, & inchoatam modo explicato num. 16. Et cum id impugnetur, quia talis extrinseca ordinatio non mutat intrinsecè formam elevabilem, concedo, quod non mutat intrinsecè in genere physico, ac entitativè, bene tamen in genere moris; alioquin pariter probare possemus Alexandrum Septimum non esse verum Pontificem, quia electio extrinseca non poterit illum elevare ad praestandum formaliter, quod in sua entitate non habebat; hoc enim solum verum est in genere physico, non in genere moris. Sed inquit Lezana, quia alias non magis delirerit ad iustificationem gratia habitualis, quam qualibet alia qualitas, sic enim qualibet alia potest equaliter elevare ad eos effectus praestandos. Negatur consequentia; quia ut constat ex dictis num. 16. ad talem elevationem maiorem habet proportionem, & idoneitatem gratia habitualis, quam alia qualibet qualitas supernaturalis. Dices, ergo gratia ex natura sua non est iustitia completa, quia iustificare non potest sine ordinatione divina, quae fuit doctrina Canoniconum Colonensium communiter à Catholicis reiecta; Negatur consequentia, quia licet non sit completa iustitia ex natura sua physica, est tamen completa ex ordinatione divina, quam gratia includit sub ratione gratiae

considerata, licet non sub ratione qualitatis praecise; doctrina autem Colonensium quantum distat à nostra videri potest apud Coninch. & Morand.

Quarto adhuc arguit Amicus ex natura ipsa gratiae habitualis, quae est singularis participatio divina naturae; ergo extrinseca ipsa natura reddit subiectum sanctum, iustum, & dignum amicitia, & gloria divina; consequentia probatur, nam qui participat propriam naturam alicuius, participat quoque proprietates illius, sunt autem proprietates divinae naturae effectus sanctum, iustum, dignum amore Dei; Conf. nam sicut peccatum reddit subiectum suapte natura iniquum, & indignum amicitia, & gloria Dei; ita è converso gratia reddit subiectum iustum, sanctum, & dignum amicitia, & gloria Dei; nam oppositae formae oppositos tribuunt effectus formales, sic etiam arguit Lezana.

Respondeo negando consequentiam, lais enim constat ex dictis num. 15. & 16. falsum esse assumptum de participatione physica in ordine ad illos effectus praestandos, & solum veritatem de participatione quadam morali sensu ibi explicato. Ad Conf. negatur assumptum, ut enim dictum est disp. praes. si nulla lex fuisset à Deo lata, nullum esset peccatum mortale, quia peccatum ex natura sua est legis transgressio; & intantum dicitur peccatum, inquantum est prohibitum; quare seclusa lege, ejulque transgressione, nullus diceretur iniquus ac indignus amicitia, & gloria Dei; Unde potest argumentum retorqueri, quod sicut non ex natura rei, sed supposita divina lege, est quod transgressio peccatum reddit hominem iniquum, & indignum amicitia Dei; sic è converso gratia non ex natura rei, sed supposita ordinatione divina reddit hominem iustum, & dignum amicitia divina; & quod sicut peccatum est quid morale in ratione offensae contra Deum; ita neque tolli potest, nisi per aliquod morale, qualis est gratia, non quidem physice solum considerata sub ratione qualitatis, sed sub ratione gratiae, & prout substat ordinationi.

Quinto arguit Averfa à priori; quia vel macula peccati est privatio gratiae sanctificantis, & sic profors tollitur per ipsam gratiam abque alio favore distincto, sicut tolluntur tenebrae per lucem; Vel dicitur esseaversio à Deo, aut alia simili denominatione constituitur; & sic id aliter explicari non poterit, quam per denominationem extrinsecam à peccato praeterito, unde etiam aliter tolli non potest, quam per hoc, quod à Deo remittitur; at hoc ipso, quod Deus infundit alicui gratiam sanctificantem abque alio distincto favore, iam accepta ipsam, ut sibi gratum, & amicum; hic enim est effectus formalis positivus ipsius gratiae; ergo hoc ipso remitti eidem homini in iuriam, & offensam; quia peccator denominatur aversus à Deo, & inimicus Deo.

Resp. negando maiorem quoad primam partem; est enim peccatum privatio gratiae, non formaliter, sed tantum demeritorie, ut patet ex dictis disp. praeced. & magis patebit ex dictendis; concedendo quoad aliam partem; ad minorem, concedo hoc ipso, quod infunditur gratia, peccatum remitti abque alio distincto favore. vel divina condonatione infusione gratiae subsequente; nego de ordinatione eam antecedente, secundum suam decrevit antecederet ad gratiam infusione hominem gratia per se, virtute ipsius liberari à peccato; unde supposito decreto Dei, quod statuit omni peccatori hoc ipso, quo gratiam habitualement ei infundit, remittere omnia peccata mortalia, eumque in filium adoptare; gratia necessario habet moralem quandam vim sibi ex decreto Dei annexam defendi peccatum, nosque constituendi formaliter filios Dei, ejulque gloria dignos, ex quo constat gratiam, & charitatem non ita ex natura sua nos constituere iustos, & amicos Dei, sicut albedo constituit albos, quia nos esse albos non connotat alium actum, sed conditionem albedini inherenti extrinsecam, & ab ea separabilem, sicut nos esse iustos, & amicos Dei connotat divinam ordinationem, cui charitas substat, quatenus nos iustificat, quae divina ordinatio à charitate inherente separabilis est absolute, loquendo, licet de facto, & regulariter sit esse necessario connexa; ut rectè dicitur in Concilio loc. cit. cui doctrinae expressissime favet Concil. Trid. sess. 6. cap. 7. ubi dicitur quod remissionem peccati ad infusione gratiae, tanquam duas actiones ex natura sua distinctas, licet modo dicat esse necessario connexas, ut dicitur in 23. quae auctoritate convictus etiam Suarez loc. cit. fatetur remissionem peccati esse peculiariter Dei beneficium, & actum distinctum ab infusione gratiae; quod si ita est, nullo modo sustineri potest gratiam natura sua expellere peccatum, sicut frigus calorem, vel è contraria nam expulso frigus non est distinctum beneficium ab eo, quae calor confertur, eadem significationem actione, quae calor introductur, frigus quoque expellitur: Quod si est diversa, una ex natura rei est cum alia necessario connexa, & non tantum est ordinatione divina.

Sextò tandem arguit; non implicat dari qualitatem, quae ex natura sua praestet omnes illos effectus supernaturales constituendi hominem iustum, amicum Dei, filium adoptivum

QUESTIO SECUNDA.

An gratia, & peccatum possint esse simul saltem de potentia Dei absoluta, ubi de eorum oppositione.

Non est quaestio de peccato veniali; hoc enim certum est posse esse, & de facto pluries esse simul cum gratia, sed est quaestio de mortali, & de facto esse, quod vocati solent macula peccati, Neque est quaestio de potentia Dei ordinaria, sed absoluta, regulariter enim, & de facto conveniunt omnes repugnare, quod gratia, & peccatum sicut simul etiam pro uno instanti, uno excepto Lõra, qui disp. 40. de gratia opinatus est etiam regulariter pro primo instanti peccatum, & gratiam stare simul, quia prius est hominem peccare, quam Deum gratiam subtrahere, & quod prius est, id etiam tribuit Scoto 3. disp. 37. §. ex ista solutione, cum tamen Doctor ibi oppositum doceat: quando enim inquit, pejus naturaliter iustum le avertente Deo per peccatum, quam Deus cesset in eo conservare gratiam, ut verba ipsa praefertur, non loquitur de prioritate temporis, & durationis; sed praecise de prioritate naturae, sive naturalis intelligentiae; ut naturalis praesuppositio, quae causa quaecumque solet proprium praecedere effectum: Negant Thomistae passim Valquez, Montescinus, Lõra, Gregorius, Ios. S. Thoma; Caspensis, Turrianus, Amicus, Averfa, Lezana, Serra, Hacquetus, & alii, qui etiam referunt alios ex antiquioribus, quorum praecipuum, & unicum fundamentum est quia alicuius sequeretur quod quis esset simul iustus, & iniustus, sanctus, & peccator, Deo amicus, & iniustus dignus vita aeterna, & indignus, quae omnino contradictoria esse videntur. Affirmant Scotus, D. Bonav. & Oehm, & omnes eius aetate Scotistae, & Nominales, & omnes, qui in praecedenti quaestione dicebant iustificationem non effectum physicum gratiae, & ex natura rei, sed moralem duntaxat, & ex ordinatione divina: Imo quampures eorum, qui dicebant iustificationem esse effectum physicum gratiae, affirmant adhuc posse esse simul cum peccato de potentia Dei absoluta, ut Suarez, Tannerus, Ovved. Arriaga, & alii quampures, licet in alio sensu ab eo, in quo nos quoque hanc partem sustinemus, ut mox patebit.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolvitur Quaestio affirmativè.

Ta Scotus ubique docet peccatum, & gratiam non oppositum physicè, & ex natura rei, sed demeritorie solum, & oppositione morali, ut in 1. disp. 17. in solutione quaestionis primae, & in 2. disp. 28. & 35. quae sub C. & 4. disp. qu. 1. ad 5. & d. 1. qu. 6. sub D. & 4. disp. 14. qu. 1. qu. 2. ab initio, & disp. 16. qu. 2. B. & alibi frequenter, ubi omnes Scotistae, Faber disp. 1. de peccato. 9. Vulpes disp. 24. art. 4. Poncius disp. 34. qu. 3. Hiquerus, & Arctinus in 4. disp. 16. Hiribarnes ibi, Coninch loc. cit. Morandus trid. a. q. 25. & alii Recentiores supra citati, qui alicuius nobis adverbantur in praecedenti quaestione, quae conclusio pluribus rationibus probari solet, quas hic examinare non pigeat, ut melior eligatur, tota enim huius quaestionis resolutio pendet ex qualitate, & conditione oppositionis, quae versatur inter peccatum, & gratiam, an nempè sit talis, & tanta, ut neque ab ipsa divina potentia dispensari, vel superari queat, vel potius queat, quam quidem oppositionem non omnes eodem modo inducant ad hanc conclusionem probandam, ad ostendendum nimirum, quod non sit talis, & tanta, ut a potentia divina superari, & dispensari nequeat, ex hoc siquidem capite praeteritum latagendum est nostram probare sententiam: tunc quia aliud esse non videtur, quod impedire possit hanc simulanciam gratiae, & peccati coexistentiam, quam eorum oppositum, quia, ut dictum est, Auctores hoc impossibile existimantes unice in tali oppositione nituntur.

Primò itaque nonnulli Scotistae partem affirmantem probant ex eo ostendentes, quod gratia, & peccati oppositum talem simulanciam coexistentiam impedit non possit, respectu divinae omnipotentiae, quia gratia insula appellatur, & est munditia, innocentia, sanctitas, iustitia, dignitas, & amicitia divina per modum habitus, & per consequens eam habentem reddit immacularem in fontem, iustum, dignum, & amicum in actu primo, & per modum habitus: Peccatum verò, quod est privatio rectitudinis debere inesse actu secundo, est macula, immunditia, obliquitas, indignitas, & inimicitia per modum actus secundi, sed non repugnant in se invicem esse iniustum, indignum, & inimicum per modum actus secundi, & esse iustum, dignum, & amicum per modum actus primi, in actu enim, & demens omnino est particeps usus rationis in actu primo, & est expertus in actu secundo, ita dicitur Hiribarnes disp. 14. cit. scilicet, ac etiam Vulpes loc. cit. ubi ait non repugnare hominem esse simul convertum ad Deum per gratiam, & ab eo aversum per peccatum, cum



cum gratia ponat conversionem habitalem solum in actu primo, quare in eo casu homo effectualiter averfus a Deo, & per gratiam convertitur habitualiter, in quo nulla cernitur implicancia. Confirmatur quia gratia est habitus, ergo non replicancia. Confirmatur quia gratia est habitus, ergo non replicancia. Confirmatur quia gratia est habitus, ergo non replicancia.

41 Hec tamen ratio vel nihil profus probat, vel solum concludit de peccato actuali; & non tantum de potentia absoluta, sed etiam regulariter, & de facto posse cum gratia consistere, quia etiam de facto habitus consistit cum actu contrario; hic autem non tantum est sermo de peccato actuali, sed praeterim etiam de habituali, quod dicitur macula, & licet peccatum in fieri sit actus; peccatum tamen in facto esse, non est actus, sed aliquid per modum habitus permanentis; Neque video, quae diveritas sit inter averfionem a Deo quam importat habituale peccatum, & conversionem ad Deum, quam importat gratia habitualis; eodem enim prout modo, quo homo per peccatum redditur dignus poena aeterna, & indignus gloria; redditur et contra per gratiam dignus vita aeterna; & eodem modo, quo gratia facit hominem dignum amore perfectae amicitiae; peccatum est contra factum illud dignum odio, & consequenter dignum carentia amicitiae; & quo pacto gratia facit hominem divinae naturae consortem, sicutumque Dei adoptivum; sic est contra peccatum reddit hominem privatum consortio divinae naturae, & filiationem Dei adoptivae; nec magis actu possunt convenire effectus isti formales peccato, quam oppositi conveniant gratiae; nec magis ad actum primum, vel secundum spectant in uno, quam in altero, sicut enim per mortale averfionem homo ab ultimo fine, & relinquitor habitualis averfio; ita est contra per gratiam manet convertus habitualiter; ergo per eum discursum non sufficienter ostenditur, oppositionem culpe & gratiae esse talem, ac tantam, ut a potentia divina vinci nequeat. Neque confirmatio est alicuius momenti; non enim est eadem ratio de gratia, & charitate, & aliis habitibus acquisitis; etenim utpote ex subiecti virtute dependentes; non tolluntur per unum actum contrarium, quia actus non directus haberi contrariatur, sed actus; sed gratia, & charitas, cum sint habitus in se, dependet ex actione Dei infundentis, quem dicit Thomista esse habere in eorum infusione, & conversatione, sicut Sol in aere illuminatione; & ideo sicut lumen statim cessat in aere, si solis illuminationi aliquod opponatur obstaculum; ita gratia, & charitatis habitus statim in anima deficit quolibet peccato mortali posito, quandoquidem per quodlibet mortale peccatum infusio eius ponitur obstaculum, ac conversatione; alia ergo quaerenda est ratio non repugnantiae, ut possint simul componi peccatum, & gratia in eodem subiecto; Quam neque bene assignat Aretinus q. dist. 1. q. 6. art. 2. ut eas discursum ponderanti patebit, quem examine non vacat, quia omni probabilitate vacat.

42 Secundo, Recentiores, citati partem affirmativam nobiscum tuentes, ex eo ostendunt non repugnantiam, quia potest Deus conservare in eodem subiecto duas formas oppositas v. g. calorem, & frigus; ergo gratiam, & peccatum; & ratio est, quia quamvis Deus non possit impedire effectum formalem primum alicuius formae, bene tamen potest impedire secundarium, ut communitur omnes admittunt; sed gratiam expellere peccatum, aut est contra, est effectus secundarius; ergo potest Deus illum impedire, & per consequens gratia, & peccatum possunt esse simul. At neque haec ratio concludit, quia licet haec doctrina vera sit de quibusdam contrariis, non tamen est universaliter vera de omnibus; aliqua enim contraria ex ratione sua particulari habent impossibilitatem etiam in ordine ad potentiam absolutam, ut amor, & odium, gaudium, & tristitia in voluntate; assensus, & dissensus in intellectu respectu eiusdem obiecti, sic itaque dicemus se habere peccatum, & gratiam, quod unum essentialiter petit negationem alterius, peccatum utaque habituale dicit essentialiter negationem divinae amicitiae, vel talem necessarium, & indispensablem petit habere comitem talem negationem, & privationem, quare si gratia perse, & ex natura rei dicit divinam amicitiam, ut Recentiores isti affirmant, iam implicabit in eorum principiis, gratiam, & peccatum esse posse simul, quia ratione q. praeced. m. 2. dicebamus oppos esse fieri, quod gratia non sit amicitia divina ex natura rei, alioquin Deus non posset illam conservare simul cum peccato mortali.

43 Respondet Poncius noster, qui hac ratione utitur loc. cit. quod quamvis aliqua contraria ex ratione sua particulari habeant impossibilitatem etiam in ordine ad potentiam absolutam, tamen non possunt ostendi, quod talis sit inter gratiam, & peccatum, sive gratia constituat amicum Dei ex natura rei, sive ex ordinatione divina; si enim quid oblatere, maxime esset, quod in eo casu quis esset iustus, & iniustus; dignus vita aeterna, & indignus, sanctus, & peccator, quae contradictoria videntur. Sed

id minimè oblat (inquit) quia esse iustum, sanctum, & dignum vita aeterna; prout haec denominationes proveniunt a gratia; non est aliud, quam habere formam, cui connaturaliter debeatur expulsio peccati, & ius ad vitam aeternam; Et esse indignum vita aeterna, iniustum, & peccatorem, non est aliud, quam habere formam, cui connaturaliter debetur poena aeterna, & exclusio a vita aeterna, & ab amicitia, & adoptione Dei; patet autem non esse contradictionem ullam in hoc, quod aliquis habeat hoc modo illas denominationes, quam etiam responsum innuit Ovvedius punct. 3. cit. m. 59. quia hinc non sequeretur hominem esse dignum, & non dignum vita aeterna; sed esse dignum vita aeterna; & dignum carentia eiusdem vitae aeternae; utrumque per formam positivam diceretur autem dignus, & indignus sumpto termino indignus, positivè, non negativè.

Verum, si hae resposio valerent, nulla profus essent contraria, quae ex sua specialia ratione habeant impossibilitatem in ordine ad divinam omnipotentiam, & ita poterunt esse simul per Dei potentiam non tantum calor, & frigus in summo, sed amor, & odium, assensus, & dissensus respectu eiusdem obiecti, quod tamen est contra communem, & consequentia patet, quia quaecumque instantia asseratur de illis contrariis, solvi poterit per doctrinam allatae responfionis. Sicut ergo, quando contraria in suis obiectis aliquam involvunt contradictionem, non possunt esse simul etiam de potentia Dei absoluta, ut constat de actu amoris, & odii respectu eiusdem obiecti, quia actus amoris dicit dupliciter offensam obiecti amati, quam negat actus odii; sic erit dicendum in proposito de gratia, & peccato; nam sanctitas, quae est divina gratia, & quidem ex natura sua iuxta istorum Recentiorum principia, dicit labilem non pollutum, iustum, Deo carum, amicum, acceptum, & dignum vita aeterna; peccatum vero illud dicit pollutum, iniustum, Deo invisum, & vita aeterna indignum; qui sane effectus nullo modo simul esse posse videntur, quia pari modo in suis obiectis contradictionem specialem involvunt, ut actus amoris, & odii respectu suorum obiectorum; quod planè non accidit de calore, & frigore, licet enim ratione contrarietatis petant conaturaliter mutuan expulsione ab eodem subiecto non tamen, ita necessarium, ac indispensablem, ut positum unus necessarium simpliciter inferat exclusionem alterius, cum hiis nulla sequatur contradictio.

Imò Ovvedius punct. 3. cit. est teneat posse divinitus in eodem subiecto componi assensum, & dissensum, amorem, & odium respectu eiusdem obiecti, quia in his omnibus, cum in rebus istis unius formae non sit formaliter corruptio alterius; forma introducta tantum habet per suam contrarietatem exigere corruptionem alterius, & haec exigentia tanta esse non potest, ut Deum necessarium cogat ad eam adimplendam, poterit enim divinitus contra eam exigentiam operari. Quamvis (inquam) Ovvedius. Id teneat ibi contra communem tamen ipse quoque non solatur nec divinitus posse componi hominem esse dignum amore, & odio, vita aeterna, & poena aeterna, unde calui, quo poneretur simul peccatum, & gratia, aitaniam tunc non reddendam simpliciter, & absolute Deo gratiam, amicum, sanctam, & heredem regni, quod etiam asserunt Ariaga disp. 46. in fine; ratio est quia ad hoc esse deus dicitur requiratur unum est positivum, scilicet positivam gratiam polchritudo, & informatio, quae vires passat ad omnium virtutum actus; alterum negativum, scilicet negativum peccati defedantiam animam; cum ergo non daretur in casu ea negativum, non daretur absolute effectus illi; & ita homo ille habens gratiam, & peccatum, non diceretur iustus, & iniustus; dignus vita aeterna, & dignus poena aeterna, amicus, & peccator, sed tantum iniustus, dignus poena aeterna, & peccator; Si ergo hominem esse iustum, & sanctum, non solum dicit gratiam informantem, sed caritatem quoque peccati; & iustificatio est effectus formalis gratiae physicae, & ex natura rei, ut inquit Aduerfarij; sequitur necessarium ex hoc principio, quod gratia, & peccatum nequeant esse simul etiam divinitus; quia eorum impossibilitas non provenit tantum ex eorum contrarietate positiva, sicut provenit impossibilitas caloris, & frigoris; sed ratione specialis oppositionis, quam dicunt gratia, & peccatum, quatenus huiusmodi dem involvunt contradictionem in obiectis, ut amor, & odium, assensus, & dissensus, & pariunt effectus privative, vel contradictorie oppositos, ratione cuius oppositionis per nullam potentiam possunt simul componi.

Deinde, si gratia ex natura rei exigit peccati remissionem, adeo hinc fit ejus effectus physicus, sicut secundarius; sicut expulsio frigoris est effectus secundarius caloris; si iusta gratia talem remissionem exigente Deus peccatum non remittit, tunc jam pro Deo laet perierantia peccati, & illud miraculose conservaret, sicut miraculose conservaret frigus ad praesentiam caloris. Respondet Ovvedius m. 6. etiam in eo casu, quo Deus post exigentiam gratiae peccatum non remitteret, Deum censendum non esse causam illius peccati, nec

nec perseverantia illius, quia haec non procederet a non remissione; seu a Deo non remittente; sed procederet ab actuali peccato; & nullo conservante permaneret per seipsum; Quod autem postea Deus illud destrueret, & non faceret, non redderet Deum positivè influentem in peccatum; sed tantum illud permissivè, & non destruentem; remittere autem peccatum, & illud non destrueret, respectu Dei non est inhonorable. Sed Contra, quia in eo casu excludens destructionem peccati, & Deus postea exigentia gratiae, non tantum peccati destrueret peccatum, sed positivè influens in peccatum; cui etiam instantia niitur Ovvedius ibidem occurrere, sicut & Ariaga disp. 46. cit. m. 19. sed incausum, ut constabit eorum solutiones ponderanti, quas brevitas causa omittit; satis ergo constat illos Recentiores non sufficienter ostendere hanc non repugnantiam, supposito physico iustificatio, & peccatum remissio sit effectus formalis physici gratiae; nec satis consequenter ab sua principia suis locutus, ut Turrianus quoque advertit opuscul. 6. disp. 2. sub. 4. Faber etiam disp. de pen. c. 9. n. 20. niitur hanc Recentiorum doctrinam labefactare; aut satis solidè, ex eo enim ostendit gratiam, & peccatum etiam divinitus compossibilia non futura, si formaliter ex natura rei opponerentur contrariè; quia opinatur universaliter impossibile de quibuscumque contrariis, & positivè oppositis, quod possint esse simul etiam per divinam potentiam quod falsum esse jam ostendimus disp. de gen. 9.

Terit itaque haec non repugnantia melius ostenditur, quia si aliqua est in hoc repugnantia, non potest fundari, nisi in oppositione, quae inter gratiam, & peccatum reperitur; Sed haec oppositio non est physica, & ex natura rei, sed tantum moralis, & ex ordinatione divina ex Scoti locis omnibus citatis; ergo non est talis, quae per absolutam fallentem Dei potentiam tolli non possit; si quidem praecisa tali ordinatione, à qua utique potentia Dei absoluta praescindit; Jam gratia, & peccatum non amplius erunt opposita, atque ideo poterunt simul componi in eodem subiecto; major patet ex dictis; probatur minor, quia peccatum, & gratia non sunt opposita ex eorum physica natura, ac entitate; sed praesertim ratione effectuum, quos causant, reddendo hominem iustum, vel iniustum, amicum Deo, vel inimicum, dignum gloria, vel indignum; sed isti effectus, & similes non conveniunt gratiae, & peccato, nisi dependenter à lege Dei, ac ordinatione divina, ut Scotus docet q. dist. 1. quaest. 2. in solutione ad quintum, & de gratia specialiter probatum est quaest. praeced. ergo spectata Dei potentia absoluta, quae à tali ordinatione jam posita praescindit, nulla remanet inter gratiam & peccatum oppositio, atque ideo poterunt simul componi. Conf. quia si opponeretur gratia, & peccatum ex natura rei, & ratione suarum entitatum, redderetur haec oppositio ad aliquod ex illis quatuor oppositionis generibus, at hoc non apparet, ut enim opponitur relative, ut patet; neque contradictorie, ut asserunt, & negatio, & peccatum enim non est pura negatio, cum sit in subiecto capaci gratiae; neque contrariè, quia haec oppositio est inter formas positivas, licet autem gratia sit forma positiva, peccatum tamen non est aliquid positivum physicum, & reale, nec tandem privative, ut solent dicere Thomista, quia peccatum actuale consistit in privatione actuali honestatis debite in esse actuali non in privatione gratiae, ut constat ex dictis disp. praeced. q. 1. habituale vero in dignitate ad poenam, sine reatu; vel iuxta communione sententiam in permanentia moralis ejusdem actus non duntaxat retrahati, & condonati ex dictis quaest. ult. ejusdem disp. quod si aliquo modo involvit privationem habitus gratiae materialiter, & concomitantur; hoc verum est de facto, & regulariter iuxta leges jam statutas, non autem absolute loquendo, & ex natura rei, ut dicitur etiam in ea q. 9. art. 1. & 2. ergo absolute loquendo, & simpliciter nec privative opponuntur; ergo talis repugnantia compositionis peccati cum gratia in eorum oppositione sufficienter fundari non potest.

Quarto, ex hoc deducitur, quod supposito distinctione superius data de Gratia formaliter sumpta, & sub ratione gratiae; & de gratia materialiter sumpta, quatenus quaedam qualitas supernaturalis est, quae distinctio declarata est num. 19. & quicquid dicit Lezana, ab insignibus admittitur Theologis apud Suarez lib. 7. de gratia cap. 22. num. 5. dicit autem gratiam dupliciter sumi posse; primo quatenus qualitas quaedam est; secundo, quatenus gratia reddens hominem Deo gratum, & carum; unde etiam dicitur posse gratiam creescere in ratione gratiae; quin augetur in ratione qualitatibus, ita ut augmentum in ratione gratiae non sit in seipso, sed in suis effectibus ratione divinae acceptationis, ut concedit Scotus in 4. dist. 16. qu. 2. & Ovvedius punct. cit. in fine; Deducitur (inquam) quod assertio posita de compossibilitate peccati cum gratia per divinam omnipotentiam, intelligi debet de gratia, materialiter sum-

pta, & in ratione qualitatibus, non autem de gratia formaliter sumpta sub ratione gratiae, quatenus, scilicet substat divinae ordinationis, in cuius virtute reddit hominem Deo gratum, & carum; sic enim sumpta implicat in terminis, quod possit esse simul cum peccato, five actuali; quia sic inspecta est perfecta, & completa sanctitas, & munditia, & necdum dicit habitum informantem animam, sed etiam connotat negationem, & expulsionem peccati, ergo implicat in terminis, quod sic inspecta sit compossibilis cum peccato per quamcumque potentiam; Et hoc validè probant rationes Valquez, & aliorum, quia gratia, ut gratia excludit peccatum; & parum interest, quod ratio gratiae habeatur ex natura talis qualitatibus, ut illi contendunt; vel solum ex divino beneplacito, ut nos asserimus; eo enim ipso de gratia sic sumpta militat omnes illae rationes, virtute quarum à nobis, & illis dicitur impossibilis cum peccato, licet ex diversis principiis, ut etiam adnotavit Morandus loc. cit.

Dices, sic resolvendo quaesitum, non est satisfacti in sensu; quo movetur; quia praesens quaestio, an gratia, & peccatum possint esse simul, non movetur de gratia sub ratione qualitatibus sumpta, sed sub ratione gratiae, quo pacto solum opponitur peccato. Respondeo imò quaesitionem moveri de gratia, quatenus quaedam qualitas, ut constat ex argumentis Aduerfariorum praesertim Valquez disp. 204. c. 4. quae procedunt de gratia sub ratione qualitatibus, quatenus contendunt praesens, ut talis est, habere, rationem gratiae, & facere hominem iustum, & sanctum ex natura rei seculo quocumque extrinseco Dei favore, vel ordinatione divina. Neque potest esse quaestio de gratia sub ratione gratiae, quia cum in hoc sensu includat remissionem culpae, ut effectum sibi debitum, five ex natura rei five ex ordinatione divina, planè implicat in terminis quod sub tali ratione possit cum peccato componi; quia ratione etiam Recentiores concedentes peccatum, & gratiam divinitus esse simul esse, passim concedunt non posse esse simul denominationem sancti, & peccatoris, mundi, & immundi; & dicitur in casu talis compositionis peccati cum gratia, hominem non dicendum iustum, & sanctum, & gloria aeterna dignum, sed absolute peccatorem, iniustum, & indignum, quia esse sanctum non solum dicit gratiam informantem per modum qualitatibus, sed etiam caritatem peccati; ita loquuntur Ariaga, Ovvedius loc. cit. Suarez lib. 7. c. 20. n. 18. & Medina p. 2. q. 113. art. 2. & alii passim; signum evidens, quod quando dixerunt gratiam, & peccatum posse divinitus esse simul locuti sunt de gratia sub ratione talis qualitatibus hominem informantis, & non sub ratione gratiae reduplicativè, quatenus facit hominem Deo gratum, & carum.

Et quidem omnes sic passim loquuntur, uno excepto Poncio, 50 quod viderit, qui loc. cit. inquit, non obstant, quod gratia sit forma adoptans in filium, & constituit amicum Dei, five ex natura rei, five ex ordinatione divina, posse de potentia absoluta esse simul cum peccato; & in eo casu futurum hominem simul, & semel iustum, & iniustum, dignum vita aeterna, & indignum, sanctum, & peccatorem; quo loquendo modo expressè significat gratiam etiam sub ratione gratiae, & quatenus hominem gratum Deo facit, & charum, posse simul esse cum peccato divinitus, quia nulla adhuc ex hoc sequitur contradictio; in quo planè puncto manifestè decipitur, & unicuique est in hoc assertio, quia ut supra m. 43. contra ipsum ostendi; haec contrariae denominationes sancti, & peccatoris, iusti, & iniusti, inferunt contradictionem; nam peccatum facit hominem dignum privatione beatitudinis, & facit illum dignum beatitudine; ergo inferunt contradictionem digni, & indigni, factis ergo constat gratiam sub ratione gratiae cum peccato componi non posse; nec quaesitionem moveri de gratia sub hac ratione, sed sub ratione talis qualitatibus.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Argumentis in oppositum satisfactis.

IN oppositum Primò arguunt ex oppositione peccati, & gratiae; implicat contradictionem hominem simul esse convertum in Deum, & ab eo averfionem, consortem divinae naturae, sicque filium Dei adoptivum dignum vita aeterna; & privatum consortio divinae naturae, ac filiationis Dei adoptivae, indignumque vita aeterna; Dei amicum ab dilectum, & Dei inimicum à Deo odio habitum, sed qui est in gratia est convertus in Deum, & confors divinae naturae, & filius Dei adoptivus, & dignus vita aeterna, & Dei amicus ab eo dilectus; Qui vero est in peccato mortali, est averfionis a Deo, & privatus consortio divinae naturae, ac filiationis Dei adoptivae, & indignus vita aeterna, & Dei inimicus à Deo odio habitus; ergo contradictionem implicat simul esse in gratia, & in peccato mortali.

Respondet ex dictis argumentum convincere Recentiores



res nostre sententia adherentes, & effectus illos gratia tribuentes ex natura rei, & in ratione qualitatis considerata; non autem contra nos id negantes, unde in eo casu dicimus hominem gratiam habentem, & peccatum, non futurum iustum & iustum indignum vita aeterna, & dignum pena aeterna: sed tantum iniustum, dignum pena aeterna, & peccatorem; quia cum casus positus de potentia Dei absoluta a lege modo posita praesentat, non praesentat tunc gratia praefatos effectus: sed praesentat eum in amore Dei inclinatum: id enim conveniret in ratione habitus gratiae ex natura rei, & in ratione qualitatis considerata, quia cum in Scoti sententia 2. *diff. 27.* ab habitu charitatis non distinguitur, naturaliter hominem inclinatur ad amandum Deum. Dices, iam hoc ipso esset per gratiam in Deum habitualiter conversus ergo cum per peccatum ex hypotesi fit pariter a Deo averfus, erit simul averfus & conversus. Respondetur, eo casu peccatum fore averfionem Dei, quatenus peccans privatet se rectitudine, quam ex Dei praecipio debet habere, & haec tantum averfio essentialiter includitur in peccato; esset etiam conversus ad Deum virtualiter, vel habitualiter, quatenus haberet gratiam inherenter inclinantem ipsum ad amandum Deum sed conversio, & averfio hoc modo minime opponuntur, ut patet consideranti, modo autem averfio a Deo in peccato inclusa dicit ulterius privationem iuris ad hereditatem aeternam, & conversio per gratiam positionem ejusdem iuris; & sic opponuntur, & repugnant; sed negamus conversionem talem ex natura rei convenire gratia, quia bene posset statueret Deus, quod non habens gratiam saluaretur, & habens eam damnaretur nisi tot, & talia opera exerceret loquendo de potentia absoluta.

Dices, si per impossibile concedamus, quod Deus non ordinat peccatum penam, nec operi bono primum, adhuc peccatum, & gratia repugnant in eodem subiecto, quia facerent hominem illum adhuc amicum Dei, & inimicum. Respondetur, eo casu nec amicum, nec inimicum esset, quia idem est esse amicum Dei, & iustum, & sublata Dei ordinatione de assumendo hominem illum ad suam gloriam, non esset iustus, nec etiam esset inimicus, & iniustus, quia non deberet ei gehenna; vel dato quod adhuc esset inimicus, quatenus, scilicet, peccatum non esset sibi remissum, nam adhuc esset dignus pena, licet illum Deus punire non intendat, nullo tamen modo amicus foret per gratiam, quia gratia non reddidit hominem iustum ex natura rei. Dices rursus, ponamus casum, quod gratia non esset qualitas, & habitus quidam infusus; sed esset solum id, quod quis Deo esset gratus, & acceptus: tunc manifeste apparet, quod gratia, & peccatum ex diametro opponuntur nam peccatum est id, quod Deo esset offensum, gratia vero est id gratia; ergo idem Deo est pariter dicendum est in proposito. Negatur paritas nam ex hypotesi in argumento assumpta, gratia esset sola acceptio divina, & extrinseca Dei dilectio, quo pacto utique omnino repugnat cum peccato theologicè sumpto; considerando gratiam secundum suam intrinsecam entitatem, quatenus est quidam habitus supernaturalis de genere qualitatis, repugnat peccato tantum ex ordinatione divina, qua praesentia possunt ambo simul esse in eodem subiecto, nec gratia sic sumpta repugnat cum peccato theologicè considerato; Quod ideo dico, quia in hac quaestione loquimur solum ex hypotesi, quod tolleretur lex, qua statuit Deus gratiam esse qualitatem peccati abstersivam, & reddentem hominem Deo amicum, & gratum; nulla interim varietate facta circa legem positivam peccati prohibivam, ut averfionis ab ipso Deo sine ultimo beatificè attingendo; etenim si talis lex quoque tolleretur, tunc remaneret solum ratio peccati physiofophica, & in solo genere naturae vel moris diceretur homo peccator, & omnino periret ratio peccati theologica, ut notat Doctor 4. *diff. 21. q. 1.* ad argumenta, & *quod. 18. de ex. s. s. unde* tali lege secula, homo non amplius diceretur iniquus theologicè, ac indignus gloria, & amicitia Dei, quia huiusmodi, & aliae consimiles denominationes in argumento principali infirmatae proveniunt ex peccato theologicè considerato.

Secundo, gratia, & peccatum opponuntur formaliter ex natura rei privative, sicut lux, & tenebrae. ob id enim in Scriptura peccatum comparatur tenebris, & gratia luci ad Ephes. 5. *etiam aliquando tenebrae & lux in Domino.* ergo non minus repugnat esse simul peccatum, & gratiam, quam tenebras, & lucem, aut quamlibet aliam privationem cum suo positivo. Si dicas, quod macula peccati includit aliquid praeter privationem gratiae, ac per consequens ratione illius potest compati cum gratia. Contra primo, quia ad minus ex hac parte, qua privationem includit gratiae, repugnat esse cum illa; Deinde quia hoc aliter, quod includit praeter privationem, non est nisi actus praesentis non retractatus; ac hic etiam tollitur per gratiam, quia idem est actum non esse retractatum, ac non esse remissum; atqui per gratiam habitalem praesentis remittitur ille actus: quia cum essentialiter sit amicitia Dei, & effectus voluntatis, per quam reconciliatur cum homine, est remissiva

talis actus, quatenus importat rationem offensae, vel injuriae ipsius Dei; & quia essentialiter etiam est conversiva hominis ad Deum, tollit formaliter rationem averfionis, quae erat in tali actu: ita arguit Lezana loc. cit.

Respondetur in primis argumentum, ex peccato actuali non urgere, cum hoc etiam in communiori Thomistarum sententia non consistat in privatione gratiae, sed honestatis debite actui secundo; unde si aliud repugnantiae genus non invenitur, nequibunt Thomistae rationabiliter negare gratiam saltem cum actuali peccato de potentia Dei absoluta consistere posse; De habitu vero iam dictum est *quod. 1. diff. praed.* importare permanentiam moralem actus peccaminosi praeteriti, quae praesentem fundatur in obligatione remanente ad penam, quae dicitur reatus culpa, & solum materialiter, & concomitantiter importare privationem gratiae; non quidem simpliciter, & absolute loquendo, sed solum de facto, & regulariter iuxta leges statutas; quibus prout sublati, ut in nostra contingit hypotesi, privatio gratiae ad rationem peccati habitualis nullatenus pertinere nec formaliter, nec concomitantiter; & cum dicitur actum quoque praeteritum non retractatum, non nisi per infusionem gratiae remittitur; hoc quoque patet de facto solum verificari iuxta leges statutas non ex natura rei, ut latius constabit *quod. 1. q. 2.* non quod gratia infusio sit formaliter ipsa peccati remissio, cum potius sint duae actiones, vel mutationes ex natura rei inter se distinctae, ut dictum est supra *num. 23.* ex *Trid. sess. 6. cap. 7.* ac etiam absolute abinvicem separabiles, licet de facto sint inuicem necessario connexae ex communi lege statuta iustificanti peccatorem, ut ibidem innuit Tridentinum; Cum autem dicitur peccatum, & gratiam opponi, ut lucem, & tenebras, hoc metaphoricè intelligitur, quatenus sicut lux aere illuminat, & ornatur, ita & gratia animam quam peccatum obcurat non formaliter, sed defectivè, & demeritorie tollendo gratiam; Quod autem sensu gratia sit essentialiter conversiva hominis in Deum, & quo sensu accidentaliter tantum, & ex ordinatione divina, iam nuper explicatum est in solutione praecedentis argumenti *num. 52.*

Tertio arguitur, gratia ex natura rei habet vim expellendi peccatum; ergo posita gratia miraculum esset, si non expelleret peccatum, non minus, quam si posito calore non expelleretur frigiditas; sed repugnat Deo facere tale miraculum; nam fieri non posset, nisi Deo specialiter conservante peccatum, sicut posito calore non posset conservari frigiditas sine speciali Dei concursu terminato ad conservationem frigiditatis; Deo autem repugnat peccatum conservare, sicut & producere, ita arguit Serra *quod. 113. art. 2. dub. 4.* ubi varias ad hoc argumentum praevaleat Recentiorum evasiones. Respondetur satis constare ex dictis *num. 46.* argumentum urgere solum contra Recentiores sententia nostrae adhaerentes, & alioquin tenentes gratiam vim habere expellendi peccatum ex natura rei; ita quod licet gratia infusio, & peccati remissio sint duae actiones, vel mutationes, prima tamen ex natura rei per se esse connexa cum secunda, & haec naturaliter ex illa consequitur; sicut expulsi frigoris naturaliter sequitur ex introductio caloris; quod tamen minus nos asserimus, hanc enim vim peccati expulsi vim dicimus gratia moraliter tantum convenire, & ex ordinatione divina; & quomais de facto duas illas mutationes ponamus necessario connexas, dicimus pariter hanc, connectionem non ex natura rei originem trahere, sed ex ordinatione divina; unde ad argumentum absolute negatur assumptum.

Quarto arguitur ex perfectione, & excellentia gratiae, si gratia, & iustitia nobis inherentes potest esse cum peccato saltem de potentia Dei absoluta: ergo non esset vera, & perfecta iustitia contra expressa verba Trident. citi. probatur consequentia, iustitia quae non abstergit maculam, & iniustitia, non est vera, & perfecta iustitia: ergo si gratia potest simpliciter manere cum peccato, nec abluat peccatum, non erit perfecta iustitia. Confirmatur ex 1. canon. lo. cap. 3. omnis qui in eo non manet, non peccat, & omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit, quia semen ipsius in eo manet, nempe iustitia, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est; & lapsus est, quod quoad gratia Deo manet in illo non potest peccare; ergo gratia, & peccatum simul esse non possunt; ita arguit Valquez *diff. 204. cap. 4.*

Respondetur haec & alia argumenta a Valquez loc. cit. congesta urgere de gratia formaliter sumpta, & in ratione gratiae: haec enim est perfecta, & completa sanctitas habens necessario annexam peccati remissionem, & hanc plane fatemur esse omnino cum peccato incompatibilem, ut dictum est *num. 48.* at sic non importat puram, & nudam gratiam habituales qualitatem, sed prout substat ordinationi divinae, qua decretum est, ut ea supernaturali qualitate infusa, avanesceret culpa; quare facta praedictioe non tali decreto, illa sola supernaturalis qualitas in se considerata nullam habet formalem incompatibilitatem suapte natura cum peccato; Quod si Valquez haec argumenta urgere intendat de gratia etiam sub ratione qualitatis praesentis

con-

considerata, nihil proferri concludunt; gratisque concedimus hanc qualitatem supernaturalem ita nudè consideratam, non esse perfectam sanctitatem, neque de se abstergere maculam, neque ejus infusionem habere necessario, & indispensabilem annexam aliam mutationem, qua culpa formaliter tollitur, sed tantum regulariter, & de facto stante lege communi de tali necessaria connexionem, & in hoc sensu Conc. *Trid. loc. cit.* qualitatem illam inherenter vocat perfectam sanctitatem, quatenus nempe de facto, & regulariter talis decreti annexa ex vi cuius necessario ex suppositione talis decreti annexam habet peccati expulsiorem, ut expressè significat *sess. 6. c. 7.* ubi infusionem gratiae a peccati expulsiore omnino secernit, licet dicat modo esse simul connexas.

Dices, si gratia, etiam pro sola qualitate considerata, non est adeo perfecta sanctitas, ut etiam divinitus simul esse cum peccato repugnet, ergo poterit quoque unio hypostatica divinitus saltem cum peccato componi. Respondetur quicquid modo sit, an sanctitas unionis hypostaticae possit secum peccatum admittit; negatur pariter, quia sit argumentum a longè majori sanctitatem ad minorem, sanctitas enim unionis longè excellentior est sanctitate adoptionis, scilicet non valet consequentia; alioquin pariter inferri posset, & gratiam habitalem esse amissibilem, & etiam venialia excludere, quia id habet sanctitas Verbi. Negat propterea Arriaga ad haec Valquez argumenta respondens iuxta sua principia, rite hinc inferri eam qualitatem non esse veram, & rigorosam sanctitatem, quia ut aliqua forma dicatur vera, & absolute habere aliquem effectum sufficit si illum praestet naturaliter, est divinitus impediti posse; sic enim dicit calorem non verè, & absolute expellere frigus, & è contrario aquam verè, & absolute purgare manus v. gr. etiam si Deus efficere possit, ut calor aut non expellat frigus, & aqua non munder manus, quantumvis homo seae lavet. Ceterum negari nequit, quin quodam Concilio *loc. cit.* appellat gratiam nobis inherenter veram, & perfectam iustitiam id intelligat in eo sensu, ut etiam de facto, & in actu secundo maculam abstergat, & non tantum in actu primo; unde expositio a nobis allata aptior esset, ac magis ad mentem Concilii quod loquitur de gratia formaliter sumpta, quatenus nimirum non tantum est in actu primo sanctificativa hominis, & expulsiiva peccati, sed etiam in actu secundo.

Quinto arguitur, si gratia potest esse cum peccato, ut qualitas, sequitur quod si potest velle Deus peccatum illud remittere, non posset, nisi per non imputationem, ut loquuntur Sectarii; consequentia probatur, quia tunc non infunderetur gratia pro illius peccati remissione, si iam supponeretur praexistere. Respondetur nullum esse inconveniens dicere peccatum de potentia Dei absolute per solum Dei condonationem extrinsecam remitti posse, neque Conc. *Trid.* est de possibili locutum contra Sectarios, sed de facto. Potest etiam dici cum Morando loc. cit. quod etiam in eo casu fieri remissio peccati per formalem intrinsecam, scilicet, per illum eundem habitum inherenter, qui primò non habebat rationem gratiae, & postea eam haberet ex divina ordinatione, ex qua deinceps denominationem gratiae formaliter susciperet, unde sicut aliqui dicunt posse interdum gratiam augeri in ratione gratiae ex sola intrinseca acceptatione divina, non propterea dicendum tunc peccatum, ita in eo casu habitus gratiae diceretur inherere de novo, ut gratia, & sub ratione gratiae, licet non sit nova inherentia in ratione qualitatis, est adhuc facillius dicentur Recentiores nostrae sententiae confortes, non propterea dicendum tunc peccatum remitti per formalem extrinsecam non imputationem, vel puram favorem extrinsecum, ut loquuntur Sectarii, quia cooperatio Dei deinceps peccatum remittentis proveniret a natura gratiae in actu primo eam exigentis, sicut concursus Dei cum calore ad detrahendum frigus dicitur a calore provenire, quatenus per suam entitatem in actu primo tale concursum exigit in actu secundo.

Sextò tandem arguitur contra id, quod dictum est *num. 48.* nec quidem de potentia Dei absolute gratiam formaliter sumptam simul cum peccato actuali, vel habituali consistere posse, quia infusio gratiae, & peccati remissio ex dictis sunt duae mutationes abinvicem distinctae, & ob id inter se separabiles; ergo poterunt saltem per divinam separati potentiam, atque idè poterit gratia infusio sub ratione gratiae ab invicem remissione culpe. Confirmatur, quia Deus absolute loquendo nec physicè, nec moraliter tenetur peccatum condonare, nec homine peccante tenetur gratiam subtrahere; ergo gratia etiam sub ratione gratiae poterit divinitus esse simul cum peccato. Respondetur si per gratiam infusionem intelligatur productio gratiae in anima sub ratione gratiae, quatenus, scilicet, substat ordinationi divinae qua decretum est, ut habens cum sit iustus, & mundus a peccato; licet etiam sic considerata non sit omnino nova, & eadem mutatio cum remissione culpe est tamen necessario cum ea connexa, eamque necessario involvit, ex suppositione talis ordinationis, quam in hoc sensu includit; unde nego, quod

stante tali, suppositione sint abinvicem separabiles per Dei potentiam, tum ratione praedictae suppositionis, tum ratione contradictionis involvitur in suis obiectis modo jam declarato *num. 50.* Ad Conf. dico, quod licet homine peccante non tenetur Deus absolute gratiam subtrahere, si praesentis sub ratione qualitatis consideretur; tenetur tamen eam subtrahere sub ratione gratiae consideratam ob contradictionem in suis obiectis involvulam.

Itaque ex hoc, quod peccatum non opponatur gratia formaliter, & ex natura rei, sed tantum moraliter, & ex divino beneplacito, duo deducuntur, unum est, quod simpliciter, & absolute loquendo peccata Dei omnipotentia possunt simul componi, quatenus tolli potest lex iam posita, ratione cuius sunt regulariter, & de facto in justificatione connexae gratiae infusio; & peccati remissio, alterum est, cum hoc etiam adhuc bene salvati, quod regulariter, & de facto gratia, & peccatum pro nullo profus involvuntur simul esse possunt, & ratio est; quia quamvis oppositio gratiae, & culpe non sit formalis, & ex natura rei, sed tantum moralis, & ex divino decreto, haec tamen repugnantia moralis aequivaleret repugnantiae ex natura rei, eo quia sicut quae ex natura rei repugnant, pro quolibet tempore, & instanti sunt in eodem subiecto repugnantes; ita quae repugnant tantum moraliter, sicut divino decreto, & lege praefixa, inter se omnino repugnant, quae duo non ita facillè salvantur in sententia eorum, qui has duas mutationes ponunt in justificatione ex natura rei connexas, nempe infusionem gratiae, & remissionem culpe, quia nimirum haec duo dicunt inter se formaliter, & ex natura rei invicem opponi.

QUESTIO TERTIA.

An peccatum mortale de potentia absoluta remitti possit absque infusione habitualis gratiae.

In hac celebri controversia tres sunt sententiae, duae extreme, & una media; Prima extrema docet non posse remitti mortale sine gratia, seu sine aliqua forma sanctificante intrinseca, & inherente. Ita Thomistae passim *part. 2. quod. 113. art. 2. c. 2.* Coheret Conradus, Capreol. Ferrarientis, Medina, Jo. de S. Thoma, Valquez, Turrianus, Lorea, Montefinus, Serra, Valentia, Amicus, Caspensis, Haquet, & alii passim, cum hoc solo discrimine quod aliqui contendunt nec per potentiam Dei absolute posse hominem justificari, aut mundari à peccatis sine gratia habituali, alii vero est admittunt hominem justificari posse sine gratia habituali, dicunt tamen hoc fieri non posse sine aliqua superaddita emittente, aut mutatione physica ipsius peccatoris, sive per habitum, sive per actum. Secunda sententia extrema tenet posse Deum de sua potentia absoluta peccata remittere non solum sine gratia habituali, sed etiam sine quacunque alia forma, & emittente, aut mutatione physica peccatoris, vel restituento illum ad statum purae naturae sine aliqua iustitia, vel sanctitate; vel etiam aliquo alio modo justificando illum, ita Alesius, Scotus, Ocham, D. Bonaventura cum omnibus Scottis, & Nominalibus, Mairon, Rub. Bassolius, Aretinus, Hübnerus, Faber, Vulpes, Ponticus, Rada, Hiquicus, & Recentiores quamplures Granados, Tannerus, Suarez, Curiel, Coninch, Arriaga, Ovidius, Averfa, Lezana, & alii quamplures, cum hoc solo discrimine, quod aliquid id absolute, & simpliciter asserunt absque ulla limitatione, alii vero addunt, quod licet possit Deus huiusmodi voluntate, per solum extrinsecam condonationem sine aliqua physica mutatione peccatoris aliquid illam sanctificare, non potest tamen peccator justificari justificatione perfecta sine gratia habituali, aut aliqua forma intrinseca, & positiva, ita Lezana, Averfa, & alii nonnulli. Tertia denique sententia media asserit in pura natura peccatum posse deleri absque forma sanctificante; in natura autem elevata ad finem supernaturalem peccatum non potest remitti sine forma sanctificante ita Bellarminus, Zúmel, Martínez, & probabile sententiam Valquez, Turrianus, & alii Recentiores.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolvitur Quaestio affirmativè.

Dicendum est eam secundae sententia omne peccatum sive personale, sive originale, sive mortale, sive veniale non solum in pura natura, sed etiam in iam elevata ad finem supernaturalem posse a Deo ex vi alterius priventiae ab ea, quae nunc est, remitti absque infusione forme sanctificantis, & absque ulla forma intrinseca; Ita Doctores omnes per secundam opinionem citati, qui serò omnes tam de actuali, quam de originali fuisse locutos testantur Suarez *lib. 7. de gratia cap. 3. n. 2.* & praesertim Scotus 1. *diff. 17. quod. 2. de secundo articulo.* & 2. *diff. 28. quod. 1. c. 4. dist. 1. quod. 6. c. 5. dist. 1. quod. 1. art. 3. c. 4. dist. 1.*